Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Angelos uero qui non seruauerit
suum principatum. sed dereliquerunt
suum domicilium. in iudicium dei magni.
uinculis eternis sub caligine. iudi
cio reseruauit. Sicut sodoma et go
morra. et finitime ciuitates simili
modo exfornicate. et abeuntes post
carnem alteram. facte sunt exemplum. ig
nis eterni penam sustinentes. Simi
liter et hi qui carnem quidem maculant.
dominationem autem spernunt. maiesta
tem autem blasphemant. Cum my
chahel archangelus cum dyabolo dis
putans altercaretur de moysi corpore.
non est ausus iudicium inferre blasphe
mie. sed dixit. Imperet tibi dominus. Hii
autem quecumque quidem ignorant blas
phemant. Quecumque autem naturaliter
tamquam muta animalia norunt. in his
corrumpuntur. ·II.
v Ve illis qui in uiam cayn abi 4
erunt. et errore balaam mer
cede effusi sunt. et in contradic
tione chore perierunt. Hii sunt in
epulis suis macule conuiuantes si
ne timore semetipsos pascentes. nu
bes sine aqua que a uentis circumfe
runtur. arbores autumpnales. infruc
tuose. bis mortue. eradicate. fluctus
maris feri. despumantes suas con
fusiones. sydera errantia. quibus pro
cella tenebrarum conseruata est in eternum.
Prophetauit autem de eis septimus ab adam
enoch dicens. Ecce dominus uenit in sanctis
milibus suis facere iudicium contra omnes.
et arguere omnes impios. de omnibus operibus
impietatis eorum. quibus impie egerunt.
et de omnibus duris. que locuti sunt con
tra eum peccatores impii. Hii sunt mur
muratores querulosi. secundum desideria
sua ambulantes. et os illorum loquens

superbiam. admirantes personas questus
causa. Vos autem karissimi memores estote u
borum que predicta sunt ab apostolis domini ||autem
nostri ihesu christi. qui dicebant uobis. quoniam
in nouissimo tempore uenient illusores.
secundum desideria sua ambulantes in im
pietate. Hii sunt qui segregant se
metipsos. animales. spiritum non habentes
sanctum. Vos autem karissimi superedificantes
uos metipsos sanctissime fidei uestre in spiritu
sancto orantes. ipsi uos in dilectione dei
seruate. exspectantes misericordiam domini nostri
ihesu christi in uitam eternam. Et hos qui
dem arguite iudicatos. illos autem
saluate de igne rapientes. Aliis uero
miseremini in timore dei. odientes
eam que carnalis est maculatam tu
nicam. Ei autem qui potens est uos con
seruare sine peccato. et constituere ante
conspectum glorie sue diuine. inmaculatos
in exultatione in aduentum domini nostri ihesu
christi. soli deo saluatori nostro per ihesum
christum dominum nostrum. gloria sit et magnifi
centia. imperium. et potestas. ante omnia
secula. et nunc. et in omnia secula
seculorum. amen. Prologus in Apokalipsim.
Omnes qui pie uolunt ui
uere in christo. sicut dicit
apostolus persecutionem patien
tur. iuxta illud. Fili ac
cedens ad seruitutem dei. sta in iustitia
et timore. et prepara animam tuam ad temp
tationem. Temptatio namque est uita
hominis super terram. Ne autem fideles in his
deficiant. consolatur eos dominus atque
confirmat dicens. Vobiscum sum usque
ad consummationem seculi. Et nolite ti
mere pusillus grex. Propterea uidens
deus pater tribulationes quas passura
erat ecclesia. ab apostolis fundata super
petram christum. ut minus timeant. dispo